

Ivan Cankar:

N O X V E N I T

In conclave meum venit quietum
Nox et deficit ante me lucerna
In mensa trepidatque flamma segnis,
Nox fessum iam init in meum cor atra.

Lente parietibus levantur umbrae
Macris cum faciebus albidisque
Et spectant me oculi cave profundi
Ac manus mihi mortuae propinquant.

Iam mihi macies minans genarum est,
Factus est animus meus inanis;
Omnes divitias meas profudi,
Spiritus vacui meum hunc ad inum.

Nunc hic maxima adest gravis ruina.
In mensa perit ante me lucerna,
Me spectant oculi cave profundi
Ac manus mihi mortuae propinquant.

Ljubljana.

Vertit: *S. Kopriva.*

Igor Pleško:

S O L U S

Solus. Sum solus tecum, solus sine tete.
Solus sum solus, solus ego neque sum
Solus cum temet neque solus sum sine tete.
Tumet eras mea; nunc solus ego moror haud.
Sum tecum, solum tecum, solum sine tete
Solus sum, solus, solus ego moror hic.

Ljubljana.

Vertit: *S. Kopriva.*